

illis prospecta proficiant, qui in locis divino cultui mancipatis^a nostraeque sollertiae ad regendum pro tempore commissis supernae pietati servituri sunt. Qui dum de corporis necessitudinibus^b, victus dico ac vestimenti, solliciti non fuerint, animum libere in divinae contemplationis speciae figere valeant; cui summo ac salubri^c bono salubriter^d inhaerentes eo semper suspirent^e tota spei libertate suspensi, quo se pervenire divina duce gratia, eternae^f vitae praemium iam consecuti, gaudebunt. Verumtamen^g cum sciamus res ecclesiae oblationes^h esse^h fidelium, praetia peccatorum etⁱ patrimonia pauperum¹ easque nobis administrandas, procurandas atque ordinandas suscepisse, harum rerum administratores nos esse meminisse debemus et reditus expensasque earum eis usibus adplicare, quorum gratia divinis^k altaribus^k allegatae noscuntur.

Proinde ad sanctitatis vestrae piissimam intentionem perducere statui, qualiter cella^l monachorum ecclesiae episcopii parvitati^m meae commissiⁿ, sancti videlicet^o Remigii² confessoris Christi in suburbio civitatis constructa, quae olim divisionum^p causa, variis succedentibus temporum casibus, fuit destructa^p, et ob hanc neglegentiam monachi, qui ibidem Deo degere videbantur, propter inopiam et inopportunitatem^q loci regulam sancti^r Benedicti, ut debuerant, observare^s penitus^s non poterant. Idcirco una cum consilio fratrum nostrorum, canonicorum videlicet et monachorum, necnon et fidelium laicorum visum est nobis propter oportunitatem^t loci et monachorum ibidem Deo degentium praefatam cellam ad locum^u, qui dicitur^u Valliculas³, transmutare et a fundamentis^v aedificare, quem^w Hrotlaus^x

a) mancipati *W* 1. b) necessitudinibus] necessitatibus *A* 1. 2.

c) salubri] salutaris *A* 1. 2. d) salubriter *deest* *A* 1. 2. e) suspirant

W 2. *A* 1. f) eternae] coeterne *A* 2. g) Verumtamen] Et tamen *A* 1. 2.

h) oblationes esse] esse oblationes *W* 2. *A* 1. 2. i) et *deest* *A* 2.

k) divinis altaribus] divini salutaribus *W* 2. l) cella] *ita* *W* 1; cellas

W 2. *A* 1; celle *A* 2; *ubique sensus hiare videtur.* m) parvitate *W* 1;

parvitem *W* 2. n) commissi] id est *add.* *W* 2. *A* 1. 2. o) videlicet

deest *W* 2. *A* 1. 2. p) divisionum — destructa] per divisiones predeces-

sorum meorum tempore fuit disrupta *A* 1. 2. q) inopportunitatem] in-

oportunitatem *A* 2. r) sancti] beati *A* 1. 2. s) observare penitus]

penitus observare *A* 1. t) oportunitatem] inopportunitatem *A* 1. u) locum

— dicitur *desunt* *A* 1. 2. v) fundamento *A* 1. 2. w) quem] quam

W 2. *A* 1. 2. x) Hrotlaus] Rothlaus *A* 1. 2.

1) Cf. Iulianus Pomerius, De vita contemplativa II c. 9; Opp. Prosperi app. 32. 2) St. Remi de Sens (Yonne); die Ortsbestimmungen nach M. Quantin, Cartulaire général de l'Yonne I (Auxerre 1854). 3) Vaireilles, arr. Sens (Yonne).